

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofurti, 1601

De Dietlibo, Monasterii Hvivs Sponheimensis X. Abate: qui præfuit annis X. & mensibus VI. & de variis gestis in his regionibus.

urn:nbn:de:0128-1-17336

lia amicorum venissent, nimis inconsulte & præcipitanter contra Albertum impar viribus ad bellum processit, inter villam quæ dicitur Gilheim, & cœnobium monialium Rosenthal nuncupatum, ibi acriter olim pugnatum & multi ab utraque parte ceciderunt. Adolphus autem rex propria manu fortissime pugnauit, & cum iam sibi accedere victoria videretur, sui fugere cooperant & ipse fuit occisus in eodem loco, & filius eius captus. *Adolphus occubitus*

Cecidit etiam in eodem bello dominus Otto de Ochsenstein primus Capitanus in exercitu Duci Alberti; similiter Comes de Eißenberg in exercitu regis Adolphi supremus signifer, & fortissimus miles fuit occisus. Comites quoque, milites & nobiles plures quam sexaginta notabiles in eodem loco ceciderunt. Corpus autem occisi regis Adolphi in præfato monasterio Rosenthal fuit sepultum, usque ad tempora Henrici regis de Lutzelberg qui ossa eius in sepulcris Regum in Ecclesiâ Spirensi tumulari præcepit. Sunt qui scribant, omnes illos qui contra Regem Adolphum conspirarunt, mala morte perisse. Ferunt enim ipsum Albertum regni usurpatorem à fratri filio interemptum: Comitem de Holloch occisum: Ottomem quoque de Ochsenstein (sicut diximus) in bello cecidisse archiepiscopum Moguntinum super sellam sedentem inopinatamente mortuum; Comitem Geminipontis in aqua seu ripa Bliesse dicta submersum; Conradum Episcopum Argentinensem ante Friburgam à quadam rustico gladio extinctum: Comitem de Lingen insanum & phreneticum factum, ac simili mortis genere omnes pene de hoc mundo emigrasse. Albertus itaque viator euadens cum principibus suis ad ciuitatem Aquensem proficiscitur, ac ibidem à Wicboldo archiepiscopo Coloniensi in regem Romanorum consecratur. Regnauit autem annos 10. vxorem habuit Helizabeth filiam Meinhardi comitis Carinthiæ, quæ peperit ei 5. filias & 6. filios: quorum ista sunt non mina. Primogenitus fuit Rudolphus rex Bohemiae, qui obiit anno Domini M C C L X. Præseptus: Secundus fuit Fridericus Dux Austriae, qui postea contra Ludouicum Bauarum Imperatorem fuit electus; de quo suo loco dicetur. Tertius fuit Lupoldus Dux Austriae, Stiriae & Carinthiæ, qui obiit anno Domini M C C X X V I. sepultus in monasterio Konigsfeld. Quartus fuit Henricus Dux, qui obiit anno Domini M C C X L I I I. relicta uxore Helizabeth filia comitis de Virnenburg. Quintus fuit Albertus Dux qui fundauit monasterium in Gemonio, à quo linea Maximiliani regis Romanorum descendit. Sextus fuit Otto Dux Austriae, qui habuit uxorem filiam Duci Bauariae nomine Helizabeth, & obiit anno Domini M C C X L I V. Filiarum autem prima nomine Agnes nupsit Andrea Regi Vngariae, quo mortuo sine liberis iterum nupsit Duci Vratislauæ. Secunda fuit Helizabeth, quæ nupsit Friderico Duci Lotharingia, & peperit ei Rudolphum, qui patri in Ducatu succedit. Tertia fuit Anna, quæ nupsit Hermanno Brandenburgensi. Quarta fuit Catharina, desponsata Henrico Lutzelburgensi Romanorum regi septimo; quo ante nuptias mortuo, data fuit Ruperto regi Apuliae Duci Calabriae, & obiit anno Domini M C C X X I I I. Quinta filia nomine Lutta, nupsit Vdalrico Comiti de Ottingen, & obiit anno Domini M C C X X I I I.

Hist temporibus ciues Colonenses propter lites & contentiones, quas habuerant cum Sifrido Archiepiscopo Coloniensi, fuerunt in excommunicatione per annos VI. annis 7. excommunicati absconsentur.

40

Colonienses
annis 7. ex-
communicati abs-
consentur.

Eodem anno Indictione II. 5. calend. Aprilis in nocte circa 12. obiit Iohannes huius nominis secundus, Abbas huius monasterij Sponheimensis 9. ante gradus presbyterij sepultus, anno regiminis sui VII. nondum completo: atatis vero LX I I I. Erat autem homo bonus & humana conuersationis, amator pacis & quietis, & quem iurgia & contentiones secularium negotiorum non magnopere delectabant. Veruntamen male presumtam licentiam Monachorum à regularis obseruantia integritate longe recedentium non compescuit, sed diuisiōnem redditum cum perniciose peculio, ut reperit, permisit.

DE DIET LIBO, MONASTERII HVIVS SPONHEIMENSIS
X. Abbate: qui presul annis X. & mensibus VI. & de variis gestis in his
regionibus.

*A*NNO igitur prænotato Iohanne Abbe huius monasterij mortuo atque sepulto (sicut diximus) convenerunt fratres ad locum Capitularem 4. calend. Aprilis animo

& intentione nouum super se constituendi abbatem, inuocataq; (vt moris est) gratia Sp. ritus Sancti, vnamiter elegerunt in pastorum animarum suarum venerabilem senem, nomine Dietlibum, monachum huius conuentus, quem Gerardus archiepiscopus M. guntinus confirmauit, & per Vicarium suum in Pontificalibus generalibus fecit benedictio.

*Patria, p. 4.
rentes &c.
ducato Di.
etib;*

Ordinatus autem in abbatem Dietlibus praeuit huic monasterio x, annis, 6. mensibus. Fuit oriundus ex ciuitate Treuirensi, honestis parentibus generatus, qui datus ad literas in pueritia cum etate non parum discendo profecit. Factus autem senior cum proscriptu sacerdorum, cum esset annorum xx. ad cancellariam Henrici episcopi Treuitorum receperus est, in qua per annos aliquot sapienter claruit, & multam in agendis rebus curialibus facientiam experientia consecutus est. Post hac Iohannes Comes de Sponheim prudenter viri exploratam habens, in Cancellarium suum secretorumque suorum primarium eum ascivit, & eius consiliis, tanquam prudentis & experti, magnopere acqueuit. Postremo cum infirmitate grauissima febrium teneretur, votum religionis voviit Domino & conualuit, & sic monachus sub Iohanne secundo factus est. Quo post triennium mortuus, in eius locum fratrum electione successit. Erat autem vir bonus, pius, & multum in agendis expertus, qui optime intelligens monachis peculum non licere, ita raditus hoc vitium statim in principio sui regiminis amputauit, vt sociali communitate renocata, religio huius monasterii in pristinum statum non parua ex parte reducta videretur, quāquam cetera non omnia ad puritatem regularem reformatarit: propterea quod minoris alinationis ea quæ nos ponderamus, eo tempore haberentur.

M C C X C I X.

*Iohannes
Prior 16. de-
ponitur.*

*Albertus
Prior 17.*

Dietlibus abbas anno regiminis sui primo Iohannem Priorum huius monasterii Sponheimensis xvi. depositus, propterea quod sanctæ reformationi & abdicationi proprietatis videretur aliquantulum esse contrarius. Depositus autem à Prioratu Iohannes patienter tulit, & non diu superuiuens eodem anno in Domino quietuit. Post hunc Dietlibus abbas in Priorum xvii. ordinavit Albertum, sanctæ conuersationis monachum, cuius pater fuit Iohannes miles de Bleinich, & mater Helizabeth filia Henrici militis de Sponeheim. Erat autem Albertus iste, (qui & Iuanus) homo fatus doctus, moribus & conuersatione fatus internus, in oratione & compunctione devoutissimus, qui nunquam consentit prauorum studiis, sed fortiter se semper opposuit, licet parum aliis profecerit. Ordinatus autem Prior omni studio curauit mandatis regulæ & abbatis semper obedire, & virtutum proprietatis radicus amputare, ac quantum præualuit monachos verbo & exemplo ad obliuianum regulæ coarctauit. Imitatorem habuit inter alios præcipuum, foros sue filium Henricum, qui ei postmodum in Prioratu succedit. Ipse præfuit in Prioratu annis 4.

Eodem anno obiit Bohemundus archiepiscopus Treuurensis, 4. idus Nonembis, & in Henrad monasterio Cisterciensis ordinis sepelitur. Iste Bohemundus constituta fundamentis nouum castellum in Numachen iuxta Trittenheim. Post quem Dietheus de Nassau, frater Adolphi regis, non electus neque postulatus, in odium Regis Alberti à Bonifacio papa 8. fuit substitutus, ordinatus, & ad Treuiri pro archiepiscopo missus, præfuitque annis ferme 8. Erat autem ex ordine fratrum Prædicatorum, & omnibus diebus Pontificatus sui Alberto regi Romanorum aduersabatur, sed viribus longe inferior nihil aduersus eum potuit. Non rexit ut iliter, & propterea omnium contra Treuientes odio concitauit.

Eodem anno in vigilia S. Iacobi Apostoli obiit Emicho episcopus Wormatiensis, sepultus in maiori ecclesia sua Wormatiensi, in habitu (vt ferunt) monastico. Huic in Episcopatu successit Eberwinus de Cronenberg, & præfuit annis tribus & mensibus 9, qui ad instantiam ciuium suorum consenit, quod 16. de communitate ad consilium senatus admitterentur. Eius temporibus fundatum est monasterium sanctimonialium, ordinis fratrum Prædicatorum in Libenavv extra muros Wormatienses, non procul à Neuhausen versus meridiem, per quandam ciuem Wormatiensem, dictum Jacob Engelman, & ipse factum confirmauit.

*Comes Wil-
lichus fit mo-
nachus.*

*Iubilatum es-
tebratur.*

Hoc anno, qui fuit Dietlibi abbatis secundus, ad religionem venit Wilicho frater vxoris Comitis Henrici de Sponheim, vir nobilis, sapiens & multum religiosus, qui audiens bonam famam Dietlibi abbatis, & quod monasterium istud tam diligenter reformare curasset, monachus sub eo factus, eidem in abbatiā tandem successit, de quo suo loco in inferius dicetur.

Cum eodem anno Bonifacius Papa 8. Iubilatum Romæ instituisse, infinita multi-

tudo

tudo ex vniuersa Germania Romam pro indulgentijs consequendis proficiscitur: inter ^{Dietlibus abbas Roma literarum In-}
quos fuit Dietlibus abbas huius monasterij, qui cum Henrico comite supradicto & alijs
multis Romam profectus inter alia beneficia spiritualia sequentes indulgentiarum literas
nobis apportauit.

Vnueris sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes litterae peruenient: Nos miseratione diuis-
na, Basilius Ierosolymitanus, Ramitius Calaritanus, Ade vulphus Cosanus, archiepiscopi; Thomas Ete-
sien, Bonifacius Tarentinus, Adam Marturianensis, Nicolaus Neccastrensis, Bernhardus Pacensis, Be-
nedictus Tracouariensis, Nicolaus Tortibulensis, frater Antonius Thunadiensis, Angelus Fessulanus,
& Frater Iacobus Calcedonensis, Episcopis salutem & sinceram in Domino charitatem. Sanctorum me-
10 ritus induit gaudia fidei exsequi minime dubitamus, qui eorum patrimonia per condigne de-
uetionis objecquis promerent illam quoque venerantur in ipsis, quorum gloria ipse est & retributio
premiorum. Nos igitur ad consequenda predicta, causam dare fidelibus cupientes, omnibus vere pa-
nitentibus & confessis, qui ad monasterium de Sponheim, ordinis S. Benedicti, Moguntinae diaecesis, qui-
buscunq; diebus & horis causa deuotionis & orationis accesserint, peccatorum suorum veniam a Domino
imploratur; vel qui ad fabricam, luminaria, vestimenta, ornamenta, vel ad aliqua alia ipsius monaste-
ry necessaria, manus porrexerint adiutorices, aut in extremis laborantes quicquam facultatum suarum le-
ganerint, donauerint, misserint monasterio prefato; aut etiam qui missas vel sermones monachorum illius
monasterii reverenter audierint, quotiescumq; vobis & quandocumq; ipsis aut eorum aliquem diuina
celebrant, seu Dei verbum predicantem contigerit, aut ipsis vel eorum atque acceptabiles fecerint obla-
tiones, pro singulis viciis quibus quibus prmissa aut premisorum aliqua fecerint, de omnipotentiis Deli mi-
sericordia, & beati Petri & Pauli Apostolorum autoritate consenserint, quilibet nostrum 40. dies de iniunctis
sibi paenitentias (dum modo voluntas diaecesi ad hoc accesserit) misericorditer in Domino relaxamus.
Incipit rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Lateranis, anno Domini MCCC.
Pontificatus Domini Bonifacii Papae octauii Anno sexto.

Has quidem indulgentias Dietlibus abbas de Roma secum attulit, impetratas labo-
ribus & impensis cuiudam familiaris sui Iohannis de Soeter, qui erat procurator huius ^{Iohan de}
monasterij ab eodem constitutus, quem Romanum profecturus secum assumserat. Consen-
sus autem Diaecesi, de quo in literis fit mentio, post annos 12 primum accessit per Pe-
trum archiepiscopum Moguntinum, sicut patet in chartula, quam literis ipsis sigillo suo ^{Consenitus}
munitam affixit, cuius tenor est talis:

Nos Petrus Dei gratia, sancte Moguntine sedis archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Ar-
chicancellarius, indulgentias venerabilium patrum archiepiscoporum & episcoporum, contentas in li-
teris quibus hec chartula nostra est affixa, ratas & gratas habentes sicut prouide & iustis sint date, in
nomine Domini confirmamus, ita quod ad questum publicum non trahantur. Datum in Castro Beckeln-
heim anno Domini MCCCXL, tertio nonas Novembbris.

Ex supradictis tredecim episcopis tres codem tempore seorsum huic monasterio, <sup>Copia alia-
rum indulgentiarum trium episcoporum.</sup> Ecclesiae parochiali, & Capella S. Pancratij martyris in castro Sponheim indulgentias de-
derunt, quilibet eorum x L. dies, ut patet in literis qua sequuntur:

Vnueris sancte matris Ecclesie filiis ad quos presentes litterae peruenient: Nos miseratione diui-
na Basilius archiepiscopus Ierosolymitanus, Ramitius Calaritanus archiepiscopus, & Nicolaus Torti-
bulensis episcopus, salutem in Domino sempiternam. Splendor paterna glorie qui mundum illuminat
sua ineffabilem claritatem, pia vota fidelium, de clementissima ipsius maiestatis benignitate sperantium,
tum principi benigno favore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas Sanctorum meritis & pre-
cibus adiuuat. Cipientes igitur ut Ecclesia sanctorum Martini, Agidi, Pancratii & Benedicti Spō-
heimensis, ordinis S. Benedicti, Moguntinae diaecesis, congruis honoribus frequentetur, & a Christi po-
pulo sigeretur, omnibus vere paenitentibus & confessis, qui ad dictas ecclesiastis predicatorum
sanctorum causa deuotionis velationis accesserint, & ibidem diuinum officium, seu verbum exhor-
tationis audierint, vel qui ad fabricam, structuram, vestimenta, ornamenta, vel ad aliqua alia necessa-
ria dictarum ecclesiastarum pertinente manus porrexerint adiutorices, aut quicquam facultatum suarum
dederint, mandauerint, procurauerint, vel alios ad hoc excitauerint; nos de omni potentiis miseri-
cordia & beatae Marie clementia, ac sanctorum Petri & Pauli Apostolorum eius, atque omnium san-
ctorum meritis & auctoritate consenserint, quilibet nostrum sigillatum 40. dies de iniunctis sibi paenitentias
dum modo voluntas diaecesi ad id accesserit & consenserit, misericorditer in Domino relaxamus. In
cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra appossumus. Datum Rome anno Domini MCCC.
Pontificatus Domini Bonifacii Papae VIII. Anno VI.

Ad has indulgentias Dominus Gerardus archiepiscopus Moguntinus ad instan-
tiam Henrici comitis de Sponheim supradicti dedit consensum, easque viue vocis oratu-
lo confirmauit.

(vt motis est) gratia sgi-
am venerabilem fecerit,
dus archiepiscopos Mo-
nenalem fecit benedicto,
io x, annis 6. mensibus
us, qui datus ad literas in
enior cum profectu
i Treuitorum receper-
tis rebus curialibus
es de Sponheim pruden-
que suorum primatum
opere acqueuit. Poli-
gionis vovit Domino &
post triennium in mo-
pius, & multum in agen-
ere, ita radiciter hoc
munitate reuocata, id-
acta videretur, quicquam
a quod minoris astu-

orem huius monasti-
ri & abdicationi pro-
cem a Prioratu Iohannis
quieuit. Post hunc Di-
fationis monachom or-
ia Henrici militis des-
moribus & concedito
qui nunquam confit
s prosector. Ordinatio
imper obediens, & vi-
hos verbo & exemplo
principum, sacerdotis sub-
efuit in Prioratu anni 4.
nsis, 4. idus Novemb-
r. ohemundus constrax-
m. Post quem Diebus
in odium Regis Alberi
pro archiepiscopo nullis
catorum, & omnibus die
sed viribus longe inferior
nium contra Treuircens

episcopus Wormensis
) monastico. Huic in-
tribus & mensibus 9. qui
date ad consilium senans
anctionialium, ordina-
s, non procul a Neazar-
ictum Iacob Engelmaier,

em venit Willicho farr
ultum religiosus, qui au-
istud tam diligenter do-
m successit, de quo suo lo-
nstituisset, infinita multi-
tudo

MCCC.

*Clausana
stra sit vi-
nia.*

Dietlibus abbas anno regiminis sui tertio Inclusorium sororum iuxta cœnobium ad occidentalem plagam, à principio fundationis huius loci per primum Abbatem constructum, & hoc tempore nimia vetustate collapsum, penitus desolauit, destruxit, & lapides deportari fecit, & vineam in eodem loco plantauit: & sic deinceps nil præternomen loci Inclusorii usque in præsentem diem remansit. Dicitur enim adhuc ab inclusione sororum quondam ibi habitantium Clausa, & præter nomen vestigium nullum ostendit pristinæ sua conditionis, ut cernitur.

MCCCIL.

*Sibodo fit e-
piscopus Spirensis*

Anno Dietlibi abbatis nostri IV. 5. calend.*. obiit Fridericus episcopus Spirensis & in monasterio Vresdal Cisterciensis ordinis sepelitur, cui Sibodo de Lichtenberg in Episcopatus succedens, præfuit Ecclesia Spirensi annis 12.

*Henricus de
Wirnenberg*

Mortuo Wichboldo Archiepiscopo Coloniensi succedit Henricus de Wirnenberg huius nominis secundus, & præfuit annis 26. homo plus ad bellum inclinatus quam ad pacem, quippe qui cunctis diebus pontificatus sui cum civitate Coloniensi, Comitibus, Principibus, Nobilibus, vicinis, contentiones habuit, & ultra consuetum & debitum gravissimis actionibus clerum suum & religiosos taxauit.

*Fædus Prin-
cipum Al-
bertoregi
dispicunt.*

Eodem quoque anno Gerardus Archiepiscopus Moguntinus, Dietherus archiepiscopus Treuirensis, Henricus archiepiscopus Coloniensis & Rudo plus Comes Palatinus Rheni Bauariaque Dux in unum coniurantes pacem inter se foedusque perperum fecerunt, quod dispicuit valde Alberto regi Romanorum: unde cum magno exercitu inopinate veniens terram præfati Comitis Palatini primum inuasit, qua vastata miserabiliter ad dditionem eum coartauit. Deinde mouens exercitum contra archiepiscopum Moguntinum, inter alia damna & incendia regioni illata, oppidum Bingen, quod ad iurisdictionem ecclesie Moguntinae pertinebat, obsecrit. Moniales cœnobij S. Ruperti, præfato oppido ab alia parte Nahis fluminis proximum, auditio regis aduentu omnes fugientes, in Bingen se receptorunt, receptis secum priuilegiis, reliquiis, clenodijs, & quicquid pro angustia temporis abducere potuerunt. Veniens ergo ad oppidum Bingeronum rex Albertus, machinas bellicas & partem exercitus in prædictum cœnobium S. Ruperti locauit, & fecit ex domo Deo famulantum stabulum equorum, cœpitque fortiter impugnare oppidum, quod etiam paucis diebus in suam ditionem accepit. Cernens autem archiepiscopus præfatus se regis potentiae nequaquam posse resistere, veniam ab eo petiit, & gratiam impetravit, resignatis in manu & potestate ipsius Regis oppidis Lonstein & Bingen, cum castellis Clop, Ehrenfels & Scharffenstein cum ceteris alijs conditionibus.

*Moniales
S. Ruperti
Bingen se
recipiunt.*

Interea dum archiepiscopus cum rege in ipso oppido Bingen constitutus de conditionibus pacis tractaret, omnesque qui in monasterio S. Ruperti ultra Nahum mansionem habuerant, oppido iam capto sese in illud contulissent, cœnobio demissō vacuo & omnibus rebus spoliato; duo nequitiosi viri, qui præ inopia sequebantur Regis exercitum, præfatum cœnobium S. Ruperti intrarunt, animo & intentione, si quid inuenirent auferendi. Lustratis autem omnibus locis & angulis monasterij diligentissime, nihil inuenierunt: omnia enim prius ablata fuerunt per eos, qui locum diebus obsid onis occupauerant. Exentes ergo claustrum perserabunt Ecclesiam, si forte in ea aliquid relicturn inuenient. Erat autem eo tempore in ipsa ecclesia ante introitum chori, qui fuit in inferioribus super terram, non elevatus (vt modo) ad meridiem versus, claustrum, altare in honore S. Catharinae virginis & martyris consecratum, super quod in muro arcualiter excavato imago beatissimæ Dei genitricis & virginis Mariae satis decenter fuit depicta, coronam habens in capite, in qua erant quatuor lapides Cristalli, muro & corona artificialiter infixa, & quintus in pectore ipsius imaginis. Cum ergo fures illi nihil in ecclesia reperissent, unus eorum, ne omnino vacuus abiret, altare prædictum ascendit, & effodere de corona virginis ipsos cristallos coepit: cui alter increpando dixit: *Quid facis, o miser, desine spoliare matrem misericordie, per quam, si nobis salus contingere debet, & non per aliam gratiam poterimus innuenire.*

*Ecclesia bla-
schemi em-
Image sa-
dare per to-
tu[m] p[re]ce-
Sanguinem
loci de ma-
gno pro-
ficiat.*

Cuius increpationem sacrilegus & impius ille contemnens, posteaquam cristallos de corona effoderat quatuor, etiam quintum de pectore sacra virginis effodere coepit. Mirates accidit: mox vt impius ille sacrū pectus violare præsumpsit, imago sudare per totum ceperit, quo viso sacrilegus aliquantulum horruit, sed obduratus in malitia à coepito crimen non cessauit. Euulsi ergo de sacro pectore imaginis lapidem, quo aulso mox sanguis late mixtus de ipso vulnere in magna copia sequutus erupit, quo viso infelix ille totus inhorruit, prosiliensque de altare, puluerem in ecclesia collegit, & vulnus imaginis, ne flet san-

ret sanguis cum lacte, obstruere coepit. Quanto autem obstruere sacrae virginis pectus vulneratum amplius conabatur, tanto maiori exuperatione lac cum sanguine emanauit. His visis impius ille de ecclesia cursim exiit, & currens ad Nahum flum, velut amens factus, precipitans semetipsum submersit. At vero socius eius confessum aufugit, qui tamen postea reuersus rei ordinem Magistrorum monialibus dicti coenobij narravit. Superueniens autem Sacerdos quidam, qui eo die ibidem celebraverat, & videns miraculum tanta nouitatis corporale ante imaginem explicitur, & lac cum sanguine profluente collegit. Hunc vero sanguinem cum lacte in vitro vase conseruatum usque in presentem diem in saepedicto coenobio vidimus, quem etiam manibus proprijs ad petitionem 10 Abbatissae de veteri vase contracto in vitrum nouum transposuimus. Publico autem confessum miraculo rex Albertus, qui adhuc fuit in oppido Bingen, cum ceteris Principibus ad monasterium S. Ruperti accessit, vidensque tam horrendum facinus obstuپuit, & pro restauratione coenobij in honorem beatae Virginis multa dona contulit. In memoriam vero huius miraculi Capella in honorem Dei genitricis ibidem constructa est, in qua imago super altare, sepius interca renouata, cernitur.

Pacatis rebus cum archiepiscopo Moguntino, Rex contra archiepiscopum Treuensem & Colonensem vltierus progredivs, sibi subiugauit vitrumque, & ad gratiam postulandam non sine eorum damnis grauissimis cogit.

M C C C I I I .

20 Anno Dietlibi abbatis nostri v. obiit Albertus Prior huius monasterij X V I I . 7. idus Maij, vir multarum virtutum, qui pro restauratione obseruantiae regularis maximam diligentiam fecit, & non parum restaurauit. Posthunc Dietlibus abbas in Priorem huius monasterij XVIII. elegit Henricum monachum, filium sororis prefati Alberti, iuuenem quidem in annis, sed moribus & sapientia senem, & praefuit in Prioratu huius coenobij annis XXIX. de quo postea suo loco post Wilhelmum dicemus. Toto tempore quo ipse praefuit Prior, satis bona reformatio fuit, licet ad primam institutionem, quae tempore fundationis exstitit, ad multos annos non peruenit.

M C C C I V .

Anno Dietlibi abbatis nostri vi. 5. calend. Martij obiit Conradus de Epsteini archiepiscopus Moguntinus, cui Petrus de Treuiri natus succedens, praefuit annis x. v. i. homo sagax & industrius, qui multas constitutiones edidit, & ecclesiam Moguntinam satis magnifice rexit.

Eodem anno III. Cal. Maij obiit Ebervinus episcopus Wormatiensis, cui Emericus de Croneberg succedens, praefuit annis ferme x. homo pacifex & deuotus, quem tam populus quam clerus miro venerabatur affectu, missumque ab Apostolico Papa pro episcopo libenter suscepserunt.

M C C C V .

Anno Dietlibi abbatis nostri viii. in festo commemorationis S. Pauli Apostoli rex Albertus Spirae constitutus exequias regis Bohemiae cum magna pompa in maiori ecclesia celebrauit, & inter pulsandum maior campana cecidit, fractisque duabus testudinibus & cadens ad terram in tres partes diuisa fuit.

His temporibus ciues Confluentini contra Dietherum archiepiscopum Treuerensem, dominum suum, contumaciter exercentur, oblii fidelitatis & iuramentorum suorum. Vnde commotus archiepiscopus conuocatis in auxilium sui multis Principibus & Nobilibus, quos magnis pecunijs conduxit, Confluentiam obsidione vallauit; qua tandem in ditionem recepta, ciues ad obedientiam coartauit. Pro hac victoria incredibilis pecunias exposuit: vnde pene omnes ecclesiae reditus & prouentus obligauit, & odium in pueris tam clericorum quam laicorum & maxime nobilium prouinciae Treuirense cōcitatuit.

M C C C V I .

50 Anno Dietlibi abbatis nostri viii. in die beatae Mariae virginis, alias purificationis, glacie resoluta maxima ciuitatibus & villis circa Rhenum & Mogonum illata sunt damnata. Pons apud Francordiam fuit contractus, multe iuxta domus submersae in diversis locis fuerunt: Coloniae quoque turres duas circa Rhenum ea tempestate commo- tae ceciderunt, & multi homines vtriusque sexus & aetatis in diuersis locis fuere in Rheno submersi.

Eodem tempore Indi omnes de regno Francorum bonis confiscatis fuerunt expulsi. Insula Rhodius per Christianos capitur.

Cc

rum iuxta coenobium
rium Abbatem con-
lauit, destruxit, & lapi-
ceps nil prater nomen
dhuc ab inclusione lo-
gium nullum ostendit.

cus episcopus Spirae,
o de Lichtenberg in E-
enricus de Wirmenber-
g inclinatus quam ad-
colonensi, Comitibus
suetum & debitum gr-
us, Dietherus archiepi-
plus Comes Palatinus
duisque perpetuum feco-
m magno exercitu in op-
qua vastata miserabilita
ra archiepiscopum Mo-
Bingen, quod ad iuris-
obji S. Ruperti, perfu-
tu omnes fugentes, in
dijs, & quicquid pos-
m Bingionum relictum.
am S. Ruperti loca &
forriter impugnare co-
p. Cernens autem mil-
veniam ab eo peti, &
Regis oppidis Lontein &
terris alijs conditionibus
constitutus de conditione
Nahum mansueta
misslo vacuo & omnibus
Regis exercitu, pra-
uid inuenirent austendi
me, nihil inuenirent
onis occupauerant. Et
aliiquid relatum inuen-
ori, qui fuit in inferioribus
trum, altare in honore
muro arcualiter excava-
fuit depicta, coronam ha-
oronae artificialiter in-
ecclesia repetiſſent, vna
effodere de corona vi-
miser, define ſpudare matrem
gratiam poterimus inueni-
ſtequam cristallis de co-
nis effodere coepit. Miras
ago sudare per totum or-
in malitia a cepto criminis
uo auſſlo mox fangus li-
no viſo infelix ille conſi-
& vulnus imaginis, ecce
ter illa.

CHRONICON TRITHEMII

maxima potentia obtinuerunt; per continuos annos quatuor contra eosdem Turcos dimicantes, quoque (ut dictum est) anno praescripto vicerunt.

MCCCVII.

Anno Dietlibi abbatis x. cleris Ecclesiae Trenirensis Dietherum archiepiscopum suum propter dilapidationem rerum & prouentum ecclesiae, & calia diuersa contra aequitatem, Romam citari ad examen Apostolici Pontificatus fecerunt; qui priusquam terminus aduenisset, eodem anno XXIIII. die mensis Nouembri diem clausit extremum, apud Prædicatorum suos in ciuitate Treuirensi sepultus, cui Baldevinus filius commisit de Lutzenburg, & frater Henrici Imperatoris septimi, annum etatis agens XXIII. Clemente Papa quinto cum ipso de minorenitate dispensante, successit, & annis prædictis XLI. mense vno & diebus XVII. vir per omnia magnificus, qui etiam eccliam suam satis prouide & utiliter gubernauit, pacem reformans, debita soluens, & alienata restituens.

*Ordo Tem-
plarioru-
m fit ar-
chiepiscopus
Trenirensis.*

Eodem anno Clemens Papa v. in concilio Vienensi ordinem Templariorum, qui per annos ferme CLXXXIV. à fundatione sua durauerat, annullavit & destruxit. Impingebatur eis, quod in sua professione Christum abnegarent: quod utrum verum an falso sit, non est nostrum iudicare.

MCCCVIII.

*Albertus
rex Roma-
norum occi-
ditur.*

Anno Dietlibi abbatis x. Albertus rex Romanorum, propterea quod nimium videretur avarus, & Dueatum Sueviae fratris sui Rodolphi tenuerat nomine tutoris, quem resignare Iohanni filio ipsius fratris iam adulto non immorito debuisset, sapienter ab eo interpellatus, & non aduertens; apud Schaffhausen gladio interemptus est, & post annum in ecclias Spirensi sepultus.

*Henricus 7.
rex eligitur.*

Eodem anno Principes apud Rhensem conuenientes XXVII. die mensis Nouembri in regem Romanorum concorditer elegerunt Henricum Comitem de Lutzelburg, fratrem Baldevini archiepiscopi Treuirensis, quem Aquisgrani cum magna solennitate conduceentes in regem consecrari fecerunt, regnauitque annis v. Vxorem habuit Margarethem Ducis Brabantiae filiam.

*Certhaus
Zu Mentz.*

His temporibus Petrus archiepiscopus Moguntinus monasterium Cartusianum extra muros Moguntinos de novo construere coepit & dotauit.

*Johannes
Scotus obiit,
gix Doctor, Parisiensis, ordinis Minorum, in conuento suo ibidem sepultus.*

MCCCIX.

*Dietlibus
abbas huius
monasterii
mortuus.*

Dietlibus huius monasterii abbas x. obiit in die Michaelis archangeli, sepultus ante gradus Presbyterij, non sine multis fratribus lacrimis. Fuit enim vir bonus & amator fratribus suorum, qui bene præfuit monasterio tam in spiritualibus quam in temporalibus, quia & peculium, quod prædecessores eius indulserant monachis, absulit, & competenter substantiam temporalium rerum ampliavit. In agendis fuit prouidus & perspicacis ingenij, cuius consilio in arduis caussis etiam Comes de Sponheim & vicini nobiles aliquotiens vtebantur. Eius autem laudabiliter gesta, quanquam multa fuisse dubium non sit, scire omnia non potuimus, tum propter veterum negligentiam, tum propter temporis distantiam.

DE WILlichone PRIMO, HVIVS MONASTERII SPOHEIMENSIS abbatte II. qui præfuit annis XXVII. mensibus V.
& diebus IV.

*Willibodus
abbas huius
monasterij.*

MORTUO itaque Dietlibo Abbatte huius monasterii x. atque sepulto, illi videlicet Calend. Octobris, anno prænotato MCCCIX. indictione VII. vacauit Abbatia Sponheimensis ista diebus 4. Deinde 5. nonas Octobris conuenientes in unum fratres huius cœnobii, & inuocata ex more gratia Spiritus Sancti, in abbatem vnamini consensus elegerunt Willichonem, filium nobilis viri Comitis de Westerburg, fratrem Comitis de Sponheim, virum religiosum & deuotissimum, huius monasterii monachum conuentualem, qui ante annos ferme octo sub Dietlibo (sicut supra diximus) ordinem intrauerat. Confirmatus autem & ordinatus per Petrum Archiepiscopum Moguntinum, præfuit huic monasterio satis strenue annis XXV. mensibus quinque, diebus 4. multaque huic monasterio bona fecit, tam in edificiis quam prouentibus ampliandis. Hic in pueritia literis traditus, cum etate discendo satis proficit, & in virum doctum pariter & deuotum eusit. Cum autem ad virilem etatem perag-

*Vita Willi-
chonis ab-
batis.*